

Cic. **Pro Archia poeta** 13 f.

Qua re quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero?

Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas; quae, quantacumque in me est, numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe, quae summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio. (14) Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem perseguenda omnis cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exsili parvi esse ducenda, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas: quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines -- non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum -- fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt? Quas ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

Cic. fin. 3,7

... nam in Tusculano cum essem vellemque e bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, veni in eius villam, ut eos ipse, ut solebam, depromerem. quo cum venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem multis circumfusum Stoicorum libris. [...] (10) tum ille: "tu autem cum ipse tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris?" "commentarios quosdam, inquam, Aristotelios, quos hic sciebam esse, veni ut auferrem, quos legerem, dum essem otiosus [...].

... Denn als ich auf dem Tuskulanum war und einige Bücher aus der Bibliothek von Lucullus' Sohn benutzen wollte, ging ich in sein Landhaus, um sie, wie üblich, selbst zu holen. Dort sah ich Cato (und ich hatte nicht gewusst, dass er dort war) in der Bibliothek sitzen, inmitten von vielen stoischen Werken. ... Da sagte er: "Und du, wo du doch selbst so eine Menge Bücher besitzt, welche suchst du denn hier?" "Ich wollte einige Aristoteles-Kommentare holen, die meines Wissens hier sind, um sie zu lesen, solange ich hier auf dem Land Zeit dazu habe..."

Cic. De divinatione 2,1-4

Quaerenti mihi multumque et diu cogitanti quam re possem prodesse quam plurimis, ne quando intermitterem consulere rei publicae, nulla maior occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus, quod compluribus iam libris me arbitror consecutum...

Als ich überlegte und lange und viel darüber nachdachte, auf welche Weise ich möglichst vielen von Nutzen sein könnte - um nie aufzuhören, für den Staat zu sorgen - da schien es mir das beste, meinen Mitbürgern die besten Künste und ihre Methoden nahezubringen; und ich glaube, dass ich dies schon mit einigen Büchern erreicht habe...